

I. *Cognitu necessaria nec rationis dictamini contraria statuere per ax. 1.*

II. *Insignes benignitatis & justitiae divinae effectus tradere, ac vi relatorum summum justitiae & aequitatis gradum injungere per ax. 2. & 3.*

III. *Nulla violenta ad sui propagationem media commendare per ax. 4.*

IV. *Perennem ac completam felicitatem suis sectatoribus promittere, modumque ad eam perveniendi suppeditare per ax. 5.*

V. *Rationem poenitendi & media cum Deo in gratiam redeundi ostendere per ax. 6.*

VI. *Mysteria sapientiae divinae convenientia tradere per ax. 1.*

§. 4. Ratio adhuc plures religionis perfectissimae notas indicat, videlicet

1. *quod antiquitate se commendare debeat.*
2. *quod divina providentia se specialiter circa ejus promulgationem, propagationem & conservationem exserere debeat.*
3. *quod ipsius tradita & praecepta cum singulari efficacia debeant esse conjuncta.*

§. 5. Haec modo recensita perfectissimae religionis criteria in religionem Christianam exacte quadrare, quilibet praesudiciorum expertus facta comparatione facile intelliget. Hujus itaque veritatem & sanctitatem ut ceterae gentes ab illa adhuc alienae demum cognoscant ex animo precor.

CON-